



CORPUS THOMISTICUM

<http://www.corpusthomisticum.org/oap.html>

Textum Leoninum Romae 1970 editum
ac automato translatum a Roberto Busa SJ in
taenias magneticas
denuo recognovit Enrique Alarcón atque
instruxit.

SANCTI THOMAE DE AQUINO.

LIBER DE PERFECTIONE SPIRITUALIS VITAE.

Caput 6

**De perfectione divinae dilectionis quae
cedit sub consilio.**

Sed cum apostolus dixisset: *non quod iam comprehenderim, aut perfectus sim*, subdit: *sequor autem, si quo modo comprehendam*; et postmodum subdit: *quicumque ergo perfecti sumus, hoc sentiamus*. Ex quibus verbis manifeste accipitur quod etsi comprehensorum perfectio non sit nobis possibilis in hac vita, aemulari tamen debemus ut in similitudinem perfectionis illius, quantum possibile est, nos trahamus: et in hoc perfectio huius vitae consistit, ad quam per consilia invitamur. Manifestum namque est quod humanum cor tanto intensius in aliquid unum fertur, quanto magis a multis revocatur. Sic igitur tanto perfectius animus hominis ad Deum diligendum fertur, quanto magis ab affectu temporalium removetur. Unde Augustinus dicit in libro LXXXIII quaestionum quod venenum caritatis est cupiditas temporalium rerum, augmentum vero eius est cupiditatis diminutio; perfectio vero nulla cupiditas. Omnia igitur consilia, quibus ad perfectionem invitamur, ad hoc pertinent ut animus hominis ab affectu temporalium avertatur, ut sic liberius mens tendat in Deum, contemplando, amando, et eius voluntatem implendo.

Caput 7

**De prima perfectionis via quae est per
dimissionem temporalium.**

Inter temporalia vero bona primo

AQUINATE

<http://www.aquinate.net/traduções.html>

Texto Leonino de Roma editado em 1970
e transferido automaticamente por Roberto
Busa SJ em fitas magnéticas
e de novo revisto e ordenado por Enrique
Alarcón.

SANTO TOMÁS DE AQUINO.

LIVRO SOBRE A PERFEIÇÃO DA VIDA ESPIRITUAL.

Capítulo 6

**A perfeição da caridade divina que cai
sob o conselho.**

Tal como disse o Apóstolo em Fl 3, 12-15: *não que eu já o tenha alcançado ou que já seja perfeito* e acrescenta: *prossigo para ver se o alcanço* e, depois, acrescenta: *portanto, todos nós que somos perfeitos, tenhamos este sentimento*. Destas palavras se seguem claramente que se a perfeição dos santos não nos é possível nesta vida, devemos viver, contudo, com a aspiração de que, na medida do possível, alcancemos alguma semelhança daquela perfeição; e nisto consiste a perfeição desta vida, à qual somos convidados por meio dos conselhos evangélicos. É um fato manifesto que o coração humano tanto mais se dirige intensamente para uma coisa, quanto mais afastado esteja de muitas outras coisas. Assim, portanto, tanto mais perfeitamente a alma do homem amará a Deus, quanto mais ela esteja desapegada das paixões temporais. Por isso diz Santo Agostinho no *Liber LXXXIII Quaestionum*, q. 36 que *o veneno da caridade é o desejo de bens temporais, quando diminuir o desejo, aumenta a caridade*; com efeito, a perfeição consiste na completa ausência de desejo. Todos os conselhos, pelos quais somos convidados para a perfeição, se orientam, pois, para isto: que a alma do homem se afaste das paixões temporais para que, desta maneira, a mente tenda com maior liberdade para Deus, contemplando, amando e cumprindo a sua vontade.

Capítulo 7

**A primeira via de perfeição é pela
renúncia dos bens temporais.**

Entre os bens temporais, os primeiros a serem abandonados são os bens exteriores,

relinquenda occurrunt bona extrinseca, quae divitiae nuncupantur; et hoc dominus consulit Matth. XIX, 21, dicens: *si vis perfectus esse, vade, et vende omnia quae habes, et da pauperibus; et habebis thesaurum in caelo: et veni, sequere me: cuius consilii utilitas consequenter ostenditur. Primo quidem per evidentiam facti. Nam cum adolescens, qui de via perfectionis quaesierat hoc audisset, abiit tristis. Causaque tristitiae, ut Ieronymus dicit super Matth., redditur: erat enim habens multas possessiones, idest spinas, et tribulos, quae sementem dominicam suffocaverunt. Et Chrysostomus idem exponens dicit quod: non similiter detinentur qui pauca habent, et qui multis abundant: quoniam adiectio divitiarum maiorem accendit flammam, et violentior fit cupido. Augustinus etiam dicit in Epist. ad Paulinum et Therasiam, quod terrena diliguntur artius adepta, quam concupita constringant; nam unde iuvenis ille tristis discessit, nisi quia magnas habebat divitias? Aliud est enim nolle incorporare quae desunt, aliud iam incorporata divellere. Illa enim velut extranea repudiantur, ista velut membra praeceduntur. Secundo vero utilitas praedicti consilii manifestatur per domini verba quae subdidit: quia dives difficile intrabit in regnum caelorum. Ut enim Ieronymus dicit, quia divitiae habitae difficile contemnuntur. Non dixit: impossibile est divitem intrare in regnum caelorum, sed difficile: ubi difficile ponitur, non impossibilitas praetenditur, sed raritas demonstratur. Et, sicut Chrysostomus dicit super Matth., procedit ulterius dominus ad ostendendum quod est impossibile, dicens: *facilius est camelum per foramen acus transire, quam divitem intrare in regnum caelorum.* Ex quibus verbis, ut Augustinus dicit in Lib. de quaest. Evang., discipuli adverterunt, omnes qui divitias cupiunt, in divitum haberi numero: alioquin cum pauci sint divites in comparatione multitudinis pauperum, non quaesivissent discipuli: *quis ergo poterit salvus esse?* Ex quibus duabus domini sententiis aperte ostenditur, quod divitias possidentes difficile intrant in regnum caelorum: quia, sicut ipse dominus alibi dicit, *sollicitudo saeculi istius et fallacia divitiarum**

conhecidos como o nome de riquezas; e sobre isso dá conselho o Senhor em Mt 19, 21: *Se queres ser perfeito, vai, vende tudo o que possuis e dá aos pobres, e terás um tesouro nos céus; depois, vem e segue-me;* cuja utilidade deste conselho se demonstra na seqüência. Em primeiro lugar, pela evidência do fato. Quando aquele jovem, que havia perguntado acerca da via de perfeição, escutou a resposta, partiu triste. São Jerônimo em seu comentário *Super Matthaeum* 3, c. 19 diz que *a causa da tristeza nos é dada: tinha grandes posses, isto é, os espinhos e cardos que sufocam a semente do Senhor.* São João Crisóstomo, expondo a mesma passagem, diz em *Super Matthaeum*, hom. 63, n. 2: *não é semelhante quem detém pouco com quem detém muito: porque o crescimento das riquezas aumenta a ânsia de possuir e a cobiça se torna mais violenta.* Santo Agostinho na Carta a Paulino e à Terasia (*Epistola*, 31, n. 5) diz: *os bens terrenos, quando são possuídos, atam com mais força que o desejo de alcançá-los; por quê aquele joven partiu, senão porque possuía grandes riquezas? Com efeito, uma coisa é não querer adquirir o que não se possui, mas outra coisa é separar-se daquilo que já se possui. No primeiro caso, são, por assim dizer, as coisas exteriores que são rejeitadas, mas no segundo caso, são como membros que são amputados.* Em segundo lugar, põe claramente a utilidade do conselho pelas palavras do Senhor em Mt 19, 23 que acrescenta: *o rico dificilmente entrará no Reino dos Céus.* São Jerônimo também diz na referida obra que: *é difícil desapegar-se das das riquezas possuídas. Ele não disse: é impossível que um rico entre no Reino dos Céus, mas difícil: quando se afirma uma dificuldade, não se tenta pressupor a impossibilidade, mas que se mostra uma coisa rara.* E São João Crisóstomo observa, na obra já citada, que o Senhor vai mais adiante e mostra que é impossível, dizendo: *é mais fácil o camelo entrar pelo buraco da agulha do que o rico entrar no Reino dos Céus.* Estas palavras, como diz Santo Agostinho em *Quaestiones Evangeliorum* l. 1, q. 26, advertem aos discípulos que todos os que cobiçam as riquezas devem ser contados entre o número dos ricos: de outro modo, porque os ricos são poucos em comparação à multidão de pobres, os discípulos não teriam perguntado: *Quem poderá então ser salvo?* De ambas as sentenças do Senhor claramente se demonstra que quem possui riquezas entra com dificuldades no Reino dos Céus: porque, como o próprio Senhor disse em outro lugar, em Mt 13, 22: *os cuidados do mundo e a*

suffocat verbum Dei, et sine fructu efficitur. Eos vero qui divitias inordinate amant, impossibile est intrare in regnum caelorum, multo magis quam ad litteram camelum per foramen acus transire: hoc enim est impossibile, quia repugnat naturae; illud vero, quia repugnat divinae iustitiae, quae est virtuosior omni natura creata. Ex his ergo manifeste apparet ratio divini consilii: consilium enim datur de eo quod est utilius, secundum illud apostoli II ad Cor. VIII, 10: *consilium in hoc do: hoc enim utile est.* Utilius autem est ad vitam aeternam consequendam divitias abiicere quam eas possidere: quia possidentes divitias difficile intrant in regnum caelorum, eo quod difficile sit affectum divitiis possessis non alligari; quod iam facit impossibilitatem intrandi in regnum caelorum. Salubriter ergo dominus consuluit tanquam utilius, ut divitiae relinquuntur. Sed potest aliquis contra praemissa obicere quia Matthaeus et Zachaeus divitias habuerunt, et tamen in regnum caelorum intraverunt. Sed hoc Hieronymus solvens dicit: *considerandum est quod eo tempore quo intraverunt, divites esse desierant.* Sed cum Abraham nunquam dives esse desierit, quin potius in divitiis fuerit mortuus, et eas in morte reliquerit filiis, ut in Genesi legitur; videtur secundum praedicta non fuisse perfectus; cum tamen ad eum dominus dixerit, Gen. XVII, 1: *esto perfectus.* Quae quidem quaestio solvi non posset, si perfectio Christianae vitae in ipsa dimissione divitiarum consisteret. Sequeretur enim quod qui divitias possidet, non possit esse perfectus. Sed si verba domini diligenter considerentur, non in ipsa divitiarum dimissione perfectionem posuit; sed hoc ostendit esse quasi quandam perfectionis viam, ut ipse modus loquendi ostendit, cum dicitur: *si vis perfectus esse, vade, et vende omnia quae habes, et da pauperibus, et sequere me:* quasi in sequela Christi consistat perfectio, dimissio vero divitiarum sit perfectionis via: unde Hieronymus dicit super Matth.: *quia non sufficit tantum relinquere, iungit Petrus quod perfectum est: et secuti sumus te.* Origenes etiam in eodem loco dicit, quod hoc quod dicitur: *si vis perfectus esse etc.,* non sic intelligitur *ut in ipso tempore quo tradiderit bona sua pauperibus, fiat*

sedução da riqueza sufocam a palavra e ela se torna infrutífera. Àqueles que amam desordenadamente as riquezas lhes é impossível entrar no Reino dos Céus, muito mais do que o camelo passar pelo buraco de uma agulha: pois isto é impossível, porque é contrário à natureza; e é impossível para aqueles, porque eles se opõem à justiça divina, que é coisa mais virtuosa do que toda a natureza criada. Mediante isso se vê claramente a razão deste conselho divino: dá-se o conselho acerca do que é mais útil, conforme ao que diz o Apóstolo em 2 Cor 8, 10: *dou-vos um conselho: é o que convém a vós.* É mais útil para conseguir a vida eterna dispensar as riquezas do que possuí-las: porque aqueles que possuem as riquezas dificilmente entram no Reino dos Céus, porque é difícil que o afeto não esteja apegado às riquezas possuídas; o que já torna impossível que entre no Reino dos Céus. Foi portanto proveitoso que o Senhor aconselhasse como mais útil para a salvação o abandono das riquezas. Alguém poderia argumentar contra o que foi dito dizendo que Mateus (Mt 9, 8-13) e Zaqueu (Lc 19, 1-10) possuíram riquezas e, mesmo assim, entraram no Reino dos Céus. São Jerônimo responde a isto, na obra já citada, dizendo: *deve-se considerar que no momento em que entraram, deixaram de ser ricos.* Mas há o caso de Abraão, que nunca deixou de ser rico, porque morreu possuindo muitas riquezas e na hora da morte, as deixou para os seus filhos, como se lê em Gn 17, 1; e parece que segundo as coisas ditas anteriormente, ele não teria sido perfeito; porque o Senhor lhe havia dito em Gn 17, 1: *sê perfeito.* Esta questão não poderia ser solucionada se a perfeição da vida cristã consistisse no abandono das próprias riquezas, pois se seguiria que quem possuísse riquezas não poderia ser perfeito. Mas se as palavras do Senhor forem cuidadosamente consideradas elas não põem a perfeição da vida cristã no abandono das próprias riquezas; pois o Senhor apresenta isto como uma via de perfeição, pois o próprio modo de falar o demonstra, pois Ele diz em Mt 19, 21: *Se queres ser perfeito, vai, e vende tudo o que possuis e dá aos pobres e vem e segue-me;* pois a perfeição consiste no seguimento de Cristo e o abandono das riquezas é um caminho de perfeição; por isso São Jerônimo diz em *Super Matthaeum*, no lugar citado: *uma vez que não é suficiente abandonar, Pedro acrescenta o que é perfeito: e Te seguimos.* Origenes também expõe sobre esta mesma passagem e diz que o *se queres ser perfeito etc.* não deve ser assim entendido no

omnino perfectus; sed ex illa die incipiet speculatio Dei adducere eum ad omnes virtutes. Potest ergo contingere quod aliquis divitias possidens perfectionem habeat, caritate perfecta Deo inhaerens; et hoc modo Abraham divitias possidens perfectus fuit, non quidem habens animum divitiis irretitum, sed totaliter Deo coniunctum: et hoc significant verba domini dicentis ad eum: *ambula coram me, et esto perfectus*: quasi in hoc eius perfectionem esse ostendens quod coram Deo ambulaverit, eum perfecte amando usque ad contemptum sui et omnium suorum; quod maxime in immolatione filii demonstravit: unde ei dictum est: *quia fecisti rem hanc, et non pepercisti filio tuo propter me, benedicam tibi.* Gen. XXII, 16. Si quis vero ex hoc arguere velit inutile esse consilium domini de divitiis dimittendis, quia Abraham divitias possidens fuit perfectus, ad hoc iam patet responsio ex praedictis. Non enim dominus ea ratione hoc dedit consilium quasi divites perfecti esse non possint, aut intrare in regnum caelorum; sed quia non de facili possunt. Magna ergo virtus fuit Abrahae quod etiam divitias possidens, a divitiis liberum animum habuit; sicut magna virtus fuit Samson, qui absque armis cum sola mandibula asinae multos hostes prostravit: nec tamen inutiliter consilium datur militi, ut ad bellum procedens assumat arma ad hostes vincendos. Nec ergo inutiliter datur consilium perfectionem desiderantibus ut dimittant divitias, quia in divitiis Abraham potuit esse perfectus. Facta enim mirabilia non sunt ad consequentiam trahenda: quia infirmi ea magis mirari et laudare possunt quam imitari: unde et in Eccli. dicitur XXXI 8: *beatus est dives qui inventus est sine macula, et qui post aurum non abiit, nec speravit in pecunia et thesauris.* Magnae enim virtutis dives esse ostenditur, et perfecta caritate fixus in Deo, qui ex affectu divitiarum maculam peccati non trahit, qui post aurum concupiscendo non vadit, nec de divitiis confidendo per superbiam super alios se extollit: unde apostolus I ad Tim. ult. dicit: *divitibus huius saeculi praecipe non altum sapere, nec sperare in incerto divitiarum.* Sed quanto divitis taliter instituti maior est beatitudo et virtus, tanto talium divitum minor est numerus: unde sequitur: *quis est*

sentido de que *no momento mesmo em que se entrega os seus bens ao pobres, torna-se plenamente perfeito; mas no sentido de que a partir daquele dia começa-se a olhar para Deus que o irá conduzindo para o alcance de todas as virtudes.* Pode ser que alguém, mesmo em sendo dono de riquezas, seja perfeito porque se entrega a Deus com perfeita caridade; e foi deste modo que Abraão possuindo riquezas foi perfeito, pois sua alma não estava presa às riquezas, mas totalmente unida a Deus: e as palavras que o Senhor lhe dirigiu em Gn 17, 1 significam isto: *anda na minha presença e sê perfeito*; mostrando, mediante isso, que a sua perfeição consistia em andar na presença de Deus, amando-O perfeitamente até o desprezo de si e de todos os seus; o que se demonstrou maximamente na imolação do filho; por cujo motivo se lhe disse em Gn 22, 16: *porque me fizeste isso, porque não me recusaste teu filho, teu único, eu te cumularei de bênçãos.* Se alguém deduzisse que é inútil o conselho do Senhor de abandonar as riquezas, porque Abraão possuindo riquezas foi perfeito, se pode claramente responder a isso a partir do que já foi dito. O Senhor não deu este conselho porque os ricos não podem ser perfeitos ou porque não podem entrar no Reino dos Céus, mas porque nem uma coisa nem outra se pode conseguir facilmente. Portanto, grande foi a virtude de Abraão que, possuindo riquezas, teve uma alma livre das riquezas; como grande foi a força de Sansão que, sem armas e com apenas uma mandíbula de asno, derrotou muitos inimigos: não é inútil aconselhar ao soldado que quando for à guerra, que se municie com armas para vencer os inimigos. Portanto, pelo fato de que Abraão tenha sido perfeito possuindo riquezas, não é inútil que se dê o conselho de abandonar as riquezas a quem deseja alcançar a perfeição. Os fatos extraordinários não são para tirar exemplos, porque para os fracos é mais fácil admirá-los e louvá-los do que imitá-los: por isso se diz em Eclo 31, 8: *feliz o rico que foi encontrado irrepreensível e que não correu atrás do ouro.* Dá sinal de grande virtude e viver firmemente voltado em perfeita caridade para Deus o rico que não se mancha com o afeto pelas riquezas, que não comete pecado, que não se deixa levar pela cobiça do ouro e nem se sobrepõe soberbamente aos demais, confiando em suas riquezas: por isso diz o Apóstolo em 1 Tm 6, 17: *aos ricos deste mundo, exorta-os que não sejam orgulhosos, nem ponham a esperança na instabilidade da riqueza, mas em Deus.* Quanto maior for a virtude e santidade de um rico, tanto menor é o número de ricos com

hic, et laudabimus eum? Fecit enim mirabilia in vita sua. Vere enim mirabilia facit qui in divitiis vivens divitiis affluentibus cor non apponit: et si quis talis est, absque dubio probatur perfectus: unde sequitur: quis est probatus in illo, idest in hoc quod absque macula divitias habeat, et perfectus inventus est? Quasi dicat: rarus. Et hoc erit illi in gloriam aeternam: quod consonat verbis domini dicentis, quod difficile dives intrabit in regnum caelorum. Haec est ergo prima via perveniendi ad perfectionem, ut aliquis studio sequendi Christum, dimissis divitiis paupertatem sectetur.

Caput 8

De secunda perfectionis via, quae est per abdicationem carnalium affectuum et matrimonii.

Ut autem secundam perfectionis viam convenientius ostendamus, accipiendum est verbum Augustini, qui dicit in 12 de Trin.: *tanto magis inhaeretur Deo, quanto minus diligitur proprium.* Secundum igitur ordinem priorum bonorum quae homo propter Deum contemnit, est attendendus ordo eorum quibus ad perfectam Dei inhaesionem pervenitur. Prius enim relinquenda occurrunt quae minus nobis coniuncta existunt: unde in primo loco occurrit ad perfectionem tendentibus exteriora bona relinquere, quae a nostra natura sunt separata. Post haec vero relinquenda occurrunt ea quae nobis naturae communionem et affinitatis cuiusque necessitate coniunguntur. Unde dominus dicit, Luc. XIV, 26: *si quis venerit ad me, et non odit patrem suum et matrem et uxorem et filios et fratres et sorores (...) non potest meus esse discipulus. Sed percunctare libet, ut Gregorius dicit, quomodo parentes et carnales amicos praecipimur odisse, qui iubemur et inimicos diligere. Sed si vim praecepti perpendimus, utrumque agere per discretionem valemus (...) quasi enim per odium diligitur qui carnaliter sapiens dum prava nobis ingerit, non auditur. Sic enim exhibere proximis nostris odii discretionem debemus: ut in eis et*

estas qualidades: daí ser dito em Eclo 31, 9: *Quem é este? Por que devemos louvá-lo? Em sua vida fez coisas admiráveis.* Verdadeiramente faz coisas admiráveis quem vivendo na abundância de riquezas, não tem o coração posto nelas: e se alguém for assim, não há dúvida de que seja perfeito: daí se dizer na Escritura que *quem foi provado e se comportou dignamente nisto?*, ou seja, de ter vivido uma vida impecável e ter possuído riquezas: Como se dissesse: uma pessoa assim é rara. E este (Eclo 31, 10) *será para ele motivo de glória eterna;* que é consoante com as palavras do Senhor (Mt 19, 23) que diz ser *difícil que um rico entre no Reino dos Céus.* Esta é, portanto, a primeira via para alcançar a perfeição, na medida em que alguém pelo empenho de seguir a Cristo, deixa as riquezas e abraça a pobreza.

Capítulo 8

A segunda via de perfeição é pela abdição dos prazeres carnales e do matrimônio.

Quanto ao modo mais conveniente de expor a segunda via de perfeição devemos considerar as palavras de Santo Agostinho em *De Trinitate*, l. 12, c. 11: *tanto mais inerente a Deus, quanto menos se ama a si mesmo.* Deste modo, a ordem existente entre os próprios bens, aos quais o homem renuncia por amor a Deus, determina a ordem pela qual se chega à perfeita vida unida a Deus. A renúncia deve começar primeiro pelas coisas que nos estão menos unidas: por isso, em primeiro lugar, para alcançar a perfeição devem-se abandonar os bens exteriores, que existem separados da nossa natureza. Depois destas, devem-se efetivamente renunciar àquelas coisas que se encontram unidas à nossa natureza pelo parentesco ou qualquer outra afinidade. Por isso diz o Senhor em Lc 14, 26: *Se alguém vem a mim e não odeia seu pai, sua mãe, sua mulher, seus filhos, seus irmãos, suas irmãs e até a sua própria vida, não pode ser meu discípulo.* Com relação a isto São Gregório diz em *Super Evangelium*, hom. 37, n. 2: *é preciso averiguar de que maneira o preceito que nos manda amar os inimigos também nos manda abandonar os parentes e os amigos. Mas se prestarmos bem a atenção nas palavras do preceito e atuarmos com discernimento, podemos cumprir ambas as coisas. É amado sob a forma de um certo desprendimento, aquele de quem não fazemos caso, porque ele, pensando de modo humano, nos faz propostas que contêm algum mal. Para com os nossos*

*diligamus quod sunt, et habeamus odio quod in Dei nobis itinere obsistunt. Quisquis enim iam aeterna concupiscit, in eam quam aggreditur causam Dei, extra patrem, extra matrem, extra uxorem, extra filios, extra cognatos, extra semetipsum fieri debet; ut eo verius cognoscat Deum, quo in eius causa neminem cognoscit. Manifestum namque est quod carnales affectus intentionem mentis diverberant, eiusque aciem obscurant. Inter ceteras autem proximorum necessitudines maxime affectu coniugali humanus animus irretitur; intantum quod, sicut dicitur Gen. II, 24, ex ore primi parentis, *relinquet homo patrem et matrem, et adhaerebit uxori suae*: et ideo ad perfectionem tendentibus maxime coniugale vinculum est vitandum, quia per hoc homo maxime curis saecularibus implicatur. Et hanc causam apostolus assignat sui consilii, quod dederat de continentia servanda, dicens I ad Cor. VII, 32: *qui sine uxore est sollicitus est quae sunt domini, quomodo placeat Deo; qui autem cum uxore est, sollicitus est quae sunt mundi*. Ut ergo homo liberius Deo vacet, eique perfectius inhaereat, secunda ad perfectionem via est perpetua observatio castitatis. Habet autem et hoc continentiae bonum aliam idoneitatem ad perfectionem adipiscendam. Impeditur enim animus hominis ne libere Deo possit vacare, non solum ex amore exteriorum rerum, sed multo magis ex interiorum passionum impulsu. Inter omnes autem interiores passiones maxime rationem absorbet concupiscentia carnis, et venereorum usus: unde Augustinus dicit in I Lib. Soliloquiorum: *nihil esse sentio quod magis ex arce deiciat animum virilem, quam blandimenta feminae, corporumque ille contactus, sine quo uxor haberi non potest*. Et ideo continentiae via est maxime necessaria ad perfectionem consequendam: quam quidem viam apostolus consulit I ad Cor. VII, 25: *de virginibus praeceptum domini non habeo; consilium autem do tanquam misericordiam consecutus (...)* ut sim fidelis. Huius autem viae utilitas ostenditur Matth. XIX, 10: ubi cum discipuli Christo dicerent: *si ita est causa hominis: cum uxore, non expedit nubere*, dominus*

*parentes, o discernimento nos pede um tanto de desprendimento, de modo que neles amemos o que são e lhes tenhamos desprendimento, porque nos tornam resistentes no caminho em direção a Deus. Quem já tem ânsia do eterno, para empreender a obra de Deus, deve situar-se fora do pai, da mãe, da mulher, dos filhos, dos parentes e fora de si mesmo. Deste modo conhecerá com maior verdade a Deus mediante aquilo mesmo que, por amor a ele, não conhece ninguém. Fica claro, pois, que os afetos da natureza desorientam a intenção e obscurecem seu vigor de esclarecimento. Entre todos os vínculos com o próximo, o de máxima força para sujeitar a alma humana é o amor conjugal; tão forte é que assim se diz pela boca do primeiro pai em Gn 2, 24: *O homem abandonará a seu pai e a sua mãe e se unirá a sua mulher*. E por isto quem pretende alcançar a perfeição deve maximamente evitar o vínculo conjugal, porque mediante isso o homem é maximamente impelido para o cuidado das coisas temporais. E foi esta a razão que assinalou o Apóstolo para justificar o seu conselho para quem deseja guardar a castidade em 1 Cor 7, 32-33: *O solteiro cuida das coisas que são do Senhor, de como agradecer ao Senhor. O casado preocupa-se com as coisas do mundo, procurando agradar à sua esposa*. Portanto, para que o homem mais livremente se dedique a Deus e alcance maior perfeição, a segunda via de perfeição é a guarda perpétua da castidade. Este dom da continência também acrescenta um outro bem que outorga a idoneidade para alcançar a perfeição. A alma do homem encontra-se impedida para dedicar-se livremente a Deus não só por causa do amor às coisas exteriores, mas muito mais por causa do impulso das paixões interiores. Entre todas as paixões interiores a que maximamente absorve a razão é a concupiscência da carne e do prazer sexual: por isso Santo Agostinho diz em *Soliloquiorum*, l. 1, c. 10: *Na minha opinião, nada é tão forte para derrubar o ânimo varonil do que os encantos da mulher e aquela união de corpos, a qual não se pode ter sem a esposa*. E por esta razão a via da continência é maximamente necessária para alcançar a perfeição: é a via aconselhada pelo Apóstolo quando diz em 1 Cor 7, 25: *A respeito das pessoas virgens, não tenho mandamento do Senhor; porém, dou o meu conselho, como homem que recebeu da misericórdia do Senhor a graça de ser digno de confiança*. A utilidade desta via se demonstra quando os discípulos disseram a Cristo em Mt 19, 10: *Se tal é a condição do homem a respeito da mulher, é melhor não se casar!* Ao*

respondit: *non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est.* In quo arduitatem huius viae ostendit: et quia ab eius consecutione deficit hominum virtus communis; et quia ad eam non nisi dono Dei pervenitur: unde dicitur Sap. VIII, 21: *sciivi, quoniam aliter non possum esse continens, nisi Deus det: et hoc ipsum erat summa sapientia scire cuius esset hoc donum.* Cui consonat quod apostolus dicit I Cor. VII, 7: *volo omnes homines esse sicut me ipsum qui continentiam servo: sed unusquisque proprium habet donum a Deo, alius quidem sic, alius vero sic:* ubi aperte continentiae bonum dono Dei adscribitur. Sed ne rursus aliquis ad hoc donum consequendum secundum suas vires conari negligat, dominus ad hoc hortatur consequenter. Et primo quidem exemplo, cum dicit: *sunt eunuchi qui se ipsos castraverunt, non membrorum abscissione, ut Chrysostomus dicit, sed malarum cogitationum interemptione; et deinde invitat proponens praemium, cum subdit: propter regnum caelorum; quia dicitur Sap. IV, 2: casta generatio (...) in perpetuum coronata triumphat, incoinquinatorum certaminum praemium vincens:* et ultimo hortatur verbo, cum dicit, *qui potest capere capiat:* quae, ut Hieronymus dicit: *hortantis domini vox est, et milites suos ad pudicitiae praemium concitantis, quasi, qui potest pugnare, pugnet et superet ac triumphet.* Si quis autem obiectionem moveat de Abraham qui perfectus fuit, et aliis iustis antiquis a matrimonio non abstinentibus; patet responsio per hoc quod Augustinus dicit in Lib. de bono coniugali: *continentia non corporis, sed animi virtus est. Virtutes autem animi aliquando in opere manifestantur, aliquando in habitu latent.* Quocirca sicut non est impar meritum patientiae in Petro, qui passus est, et in Ioanne, qui passus non est; sic non impar meritum est continentiae in Ioanne, qui nullas expertus est nuptias, et in Abraham, qui filios generavit. Et illius enim caelibatus et illius connubium pro temporum distributione Christo militaverunt. Dicat ergo fidelis continens: *ego quidem non sum melior quam Abraham; sed melior est castitas caelibum quam castitas nuptiarum; quarum Abraham unam habuit in usu, ambas in*

que o Senhor respondeu: *Nem todos são capazes de compreender o sentido desta palavra, mas somente aqueles a quem foi dado.* Com isso mostra a dificuldade desta via, que para consegui-la não basta a virtude comum dos homens, pois não se chega a consegui-la senão por um dom de Deus: por isso se lê nas Escrituras em Sb 8, 21: *sei que de outro modo não posso guardar a continência, exceto se Deus a der: e isso mesmo é mostra de grande sabedoria; saber de quem é o dom.* Isto está conforme ao que o Apóstolo diz em I Cor 7, 7: *Pois quereria que todos fossem como eu que guardo a castidade; mas cada um tem de Deus um dom particular: uns este, outros aquele:* onde fica claro que o bem da continência é um dom que deve ser atribuído a Deus. Mas para que ninguém se descuide com os esforços necessários para alcançar este dom, o Senhor exorta-lhe com o que se segue. E em primeiro lugar dá um exemplo, quando diz: *há eunucos que foram feitos eunucos, não por amputação dos membros, como diz São João Crisóstomo, mas por eliminação dos pensamentos maliciosos; e, em seguida, o Senhor convida e propõe o prêmio, quando diz: por causa do Reino dos Céus; porque se diz em Sb 4, 2: a geração casta (...) recebe uma coroa de perpétuo triunfo, por ter vencido uma competição de lutas sem mancha:* e, por último, o Senhor dá uma palavra de exortação, quando diz: *quem tiver capacidade de compreender, compreenda.* São Jerônimo o explica assim: *É a voz do Senhor que exorta e dirige aos seus soldados um chamamento para conseguir o prêmio da castidade, como se dissesse, quem pode lutar que lute e vença para triunfar.* Se alguém põe uma argumentação contra Abraão, que foi perfeito, e de que outros antigos justos não se abstiveram do matrimônio, responde-se claramente com o que diz Santo Agostinho em *De bono coniugali*, n. 25-27: *A continência não é virtude do corpo, mas da alma. As virtudes da alma, algumas vezes, se manifestam nas obras e, noutras vezes, permanecem latentes na alma. Deste modo, assim como não é diferente o mérito da paciência em Pedro, que sofreu e em João, que não sofreu; assim também é diferente o mérito da continência em João que nunca teve experiência matrimonial e em Abraão que gerou filhos. O celibato de um e o matrimônio do outro prestaram serviço a Cristo, conforme o que convinha em cada tempo. Diga, pois, o cristão que guarda a continência: eu não sou melhor que Abraão; mas é melhor a castidade dos celibatários que a castidade dos casados, das quais possuiu uma em uso e a outra em hábito:*

habitu: caste quippe coniugaliter vixit. Esse autem castus sine coniugio potuit, sed tunc non oportuit. Ego vero facilius non utor nuptiis, quibus est usus Abraham, quam sic uterer nuptiis quemadmodum est usus Abraham; et ideo melior sum illis qui per animi incontinentiam non possunt quod ego; non illis qui propter temporis differentiam non fecerunt quod ego. Quod enim ego nunc ago, melius illi egissent, si tunc agendum esset; quod autem illi egerunt, sic ego non agerem, etiamsi nunc agendum esset. Haec autem Augustini solutio concordat cum eo quod supra dictum est de observantia paupertatis. Tantam enim virtutem perfectionis habebat in mente, ut nec propter temporalium possessionem nec propter usum coniugii mens eius deficeret a perfecta dilectione ad Deum. Si quis tamen eandem mentis virtutem non habens, cum possessione divitiarum et usu coniugii ad perfectionem pervenire contenderet, praesumptuose convinceretur errare, domini consilia parvipendens.

Caput 9

De his quibus homo iuvatur ad continentiam servandam.

Quia igitur per continentiae viam incedere tam arduum est, ut iuxta verbum domini, non omnes hoc capiant, sed Dei dono habeatur: per hanc viam incedere volentibus sic agere oportet ut ea devitent quibus a prosecutione huius itineris impediri possent. Triplex autem esse impedimentum continentiae apparet. Primum quidem ex parte corporis; secundum ex parte animae; tertium ex parte exteriorum personarum vel rerum. Ex parte quidem proprii corporis: quia, sicut apostolus dicit ad Gal. V, 17, *caro concupiscit adversus spiritum*. Cuius carnis opera ibidem esse dicuntur fornicatio, immunditia, impudicitia et cetera huiusmodi. Haec autem concupiscentia carnis est lex de qua dicit Rom. VII, 23: *video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae*. Quanto autem caro magis fovetur per ciborum affluentiam et deliciarum mollitiem, tanto huiusmodi concupiscentia magis crescit: unde Hieronymus dicit: *venter mero aestuans cito despumat in libidinem*: et Prov. XX 1:

viveu conjugalmente casto. Pôde viver casto sem o matrimônio, mas então não era oportuno. Para mim, não contrair o matrimônio, em que viveu Abraão, é mais fácil do que viver no matrimônio da maneira como ele viveu. Portanto, sou melhor do que aqueles que pela incontinência não podem o que eu posso; mas não sou melhor do que aqueles que, por causa da diferença de tempo, não fizeram o que eu faço. O que eu faço agora, eles teriam feito melhor, se fosse necessário que o fizessem; o que eles fizeram, eu não seria capaz de fazê-lo como eles fizeram, ainda que fosse necessário fazê-lo agora. Esta solução dada por Santo Agostinho concorda com o que foi dito antes acerca da observância da pobreza. Abraão tinha tantas virtudes de perfeição em sua mente que, nem pela posse das riquezas, nem pelo uso do matrimônio, sua mente fraquejava no perfeito amor a Deus. Se alguém que carecesse deste grau de virtude tentasse alcançar a perfeição, mantendo a posse de riquezas e o uso do matrimônio, presunçosamente se convenceria de errar, fazendo pouco caso dos conselhos do Senhor.

Capítulo 9

As coisas que ajudam o homem a guardar a continência.

O caminho que conduz para a continência é um tanto árduo pois, segundo a palavra do Senhor, nem todos a compreendem, mas só aqueles aos quais é concedido o dom de Deus: os que querem seguir esta via devem ser cuidadosos, na medida em que evitem aquelas coisas que possam impedir a continuação deste caminho. Há três impedimentos da continência: o primeiro é por parte do corpo, o segundo por parte da alma e o terceiro por parte de outras pessoas ou das coisas exteriores. Da parte do próprio corpo: pois como diz o Apóstolo em Gl 5, 17: *a carne tem aspirações contrárias ao espírito e o espírito contrárias à carne*. Nesta passagem as obras da carne que são referidas são a fornicação, a impureza, a prostituição e coisas deste gênero. Esta concupiscentia da carne é a lei acerca da qual falou o Apóstolo em Rm 7, 23: *percebo outra lei nos meus membros, que peleja contra a lei da minha razão*. Esta concupiscentia é tanto mais forte quanto maior é a atenção dada ao corpo, seja com a abundância de alimentos ou com as delícias das comodidades: por isso diz São Jerônimo

luxuriosa res est vinum; et Iob XL, 16, dicitur de Behemoth per quem Diabolus significatur: sub umbra dormit in secreto calami in locis humentibus: quod exponens Gregorius 33 Moral. dicit: loca humentia sunt opera voluptuosa. Pes quippe in arida terra non labitur, fixus vero in lubrica vix tenetur. In locis ergo humentibus iter vitae praesentis faciunt qui in hac ad iustitiam recti stare non possunt. Oportet igitur continentiae viam assummentibus, carnem propriam, abstractis deliciis, vigiliis et ieiuniis et huiusmodi exercitiis castigare. Cuius rei exemplum apostolus nobis ostendit, I ad Cor. IX, 25, dicens: omnis qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet: et post modica subdit: castigo corpus meum et in servitute redigo, ne, forte cum aliis praedicaverim, ipse reprobus efficiar: et quod opere perfecit, verbo docuit: dicit enim ad Rom. XIII, 13, cum praemisisset: non in cubilibus et impudiciis: et carnis, inquit, curam ne feceritis in desideriis. Recte autem dicit in desideriis, idest ad voluptatem: quia ad necessitatem naturae carni cura est impendenda: unde idem apostolus dicit ad Eph. V 29: nemo carnem suam unquam odio habuit, sed nutrit, et fovet eam. Ex parte autem animae propositum continentiae impeditur, dum lascivis cogitationibus aliquis immoratur; unde dominus per prophetam dicit, Isai. I, 16: auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis. Malae enim cogitationes plerumque ad male faciendum inducunt; unde dicitur Mich. II, 1: vae qui cogitatis inutile: et statim subditur: et operamini malum in cubilibus vestris. Inter ceteras tamen cogitationes malas magis ad peccandum inclinant cogitationes de delectationibus carnis. Cuius ratio etiam secundum philosophorum doctrinam duplex assignari potest. Una quidem quia, cum talis delectatio sit homini connaturalis, et a iuventute connutrita, facile in ipsam appetitus fertur, cum eam cogitatio proponit. Unde philosophus dicit 2 Ethic. quod delectationem diiudicare non possumus de facili quin accipiamus eam. Secunda ratio est, quia, ut idem dicit in 3 Ethic., delectabilia in particulari sunt magis voluntaria quam in universali. Manifestum est autem quod per moram cogitationis ad particularia quaeque descendimus: unde per cogitationem diuturnam maxime libido provocatur: et propter hoc apostolus I ad Cor., VI, 18, dicit: fugite fornicationem: quia, ut Glossa ibidem dicit, cum aliis vitiis potest

na *Epistola 69, n. 9: o ventre acalorado pelo vinho logo arroja a espuma da luxúria; e em Pr 20, 1: a luxúria está no vinho; e em Jó 40, 16 se diz de Beemot, quem significa o diabo: deita-se debaixo do lótus, esconde-se entre o junco do pântano; sobre isso diz Gregório em Moralia, 33, c.3, n. 9: lugares úmidos são as obras luxuriosas. Em terra seca o pé não escorrega, mas se o fixa no escorregadio, o sustenta com dificuldade. Aqueles que não são capazes de permanecer na retidão da justiça caminham por lugares úmidos durante a vida presente. Portanto, aqueles que tomarem a via da continência devem repreender a própria carne, pela supressão dos prazeres, mediante a prática de vigílias e jejuns e coisas deste gênero. O Apóstolo nos oferece um exemplo quando diz em 1 Cor 9, 25: os atletas se abstêm de tudo (...) para ganharem uma coroa perecível; e um pouco mais adiante acrescenta: trato duramente o meu corpo e reduzo-o à servidão, a fim de que não aconteça que, tendo proclamado a mensagem aos outros, venha eu mesmo a ser reprovado; e ensinou na palavra o que cumpriu com as obras; e diz ainda em Rm 13, 13: andemos decentemente, não em orgias e bebedeiras, nem em devassidão e libertinagem, nem em rixas e ciúmes. Diz retamente concupiscências, isto é, voluptuosidades, porque quanto às necessidades naturais o corpo deve ser cuidado; por isso o Apóstolo diz em Ef 5, 29: pois ninguém jamais quis mal à sua própria carne, antes alimenta-a e dela cuida. Da parte da alma: há impedimento do propósito de continência quando alguém se detém em pensamentos lascivos; por isso o Senhor diz através do profeta Is 1, 16: Tirai da minha vista vossos perversos pensamentos. Os maus pensamentos frequentemente induzem às más ações; por isso se diz em Mq 2, 1: Ai daqueles que planejam a iniquidade; e logo acrescenta: e que tramam o mal em seus leitões. Entre os maus pensamentos, os mais fortes que inclinam para o pecado são os que se referem aos prazeres carnis. Os próprios filósofos em suas doutrinas apresentam sobre isso duas razões: primeira, porque este prazer é conatural ao homem e se fortalece desde a juventude, o afeto facilmente o busca quando o pensamento o propõe. Por isso o Filósofo diz em *Ethica 2, c. 3, 1205 a1: não é fácil fazer juízo sobre o prazer sem tê-lo experimentado; segunda, como ele mesmo diz em Ethica 3, c. 22, 1119a 31, as coisas prazerosas são mais voluntárias no particular que no universal. É evidente que por um pensamento prolongado logo descemos para as coisas particulares: por isso, um**

expectari conflictus; sed hanc fugite, ne approximetis, quia non aliter melius potest vinci. Contra igitur huiusmodi continentiae impedimentum multiplex remedium invenitur. Quorum primum et praecipuum est ut mens circa contemplationem divinorum et orationem occupetur; unde apostolus dicit ad Ephes. V, 18: *nolite inebriari vino, in quo est luxuria; sed impleamini spiritu sancto, loquentes vobismet ipsis in Psalmis et hymnis et canticis spiritualibus: quod ad contemplationem pertinere videtur: cantantes et psallentes in cordibus vestris domino: quod ad orationem videtur pertinere.* Hinc dominus per prophetam dicit, Isai. XLVIII, 9: *laude mea infrenabo te, ne intereas.* Est enim quoddam frenum animam ab interitu peccati retrahens laus divina. Secundum remedium est studium Scripturarum, secundum illud Hieronymi ad rusticum monachum: *ama Scripturarum studia, et carnis vitia non amabis.* Unde apostolus cum dixisset Timotheo, I Tim. IV 12: *exemplum esto fidelium in verbo, in conversatione, in caritate, in fide, in castitate;* statim subdit: *dum venio, attende lectioni.* Tertium remedium est quibuscumque bonis cogitationibus animum occupare: unde Chrysostomus dicit super Matthaeum quod abscissio membri non ita comprimit tentationes et tranquillitatem facit, ut cogitationis frenum: unde apostolus ad Philipp. IV, 8, dicit: *de cetero, fratres, quaecumque sunt vera, quaecumque pudica, quaecumque iusta, quaecumque sancta, quaecumque amabilia, quaecumque bonae famae; si qua virtus, si qua laus disciplinae, haec cogitate.* Quartum remedium est ut homo ab otio desistens et in corporalibus laboribus se ipsum exerceat: dicitur enim Eccli. XXXIII, 29: *multam malitiam docuit otiositas.* Et specialiter otium est vitiorum carnalium incentivum: unde dicitur Ez. XVI, 49: *haec fuit iniquitas Sodomae sororis tuae, superbia, saturitas panis et abundantia et otium ipsius.* Et ideo Hieronymus ad rusticum monachum scribens dicit: *fac aliquid operis, ut semper te Diabolus inveniat occupatum.* Quintum remedium adhibetur contra carnis concupiscentiam etiam per aliquas animi perturbationes: unde Hieronymus refert in eadem Epist., *quod in quodam coenobio quidam adolescens nulla operis magnitudine flammam poterat carnis extinguere; eum periclitantem pater monasterii hac arte servavit. Imposito*

pensamento moroso provoca intensamente a tendência libidinosa; e por causa disso o Apóstolo diz em 1 Cor 6, 18: *Fugi da fornicção; porque, como diz a Glosa, com relação a outros vícios, se pode confiar no combate, mas com relação à fornicção, fuja e não se aproxime, porque não há outro melhor modo de vencê-la.* Contra este impedimento da continência há muitos remédios. O primeiro e principal é ocupar a mente com a oração e a contemplação dos mistérios divinos, por isso diz o Apóstolo em Ef 5, 18: *não vos embriagueis com vinho, que é porta para a devassidão, mas buscai a plenitude do Espírito Santo, falando uns aos outros com Salmos, hinos e cânticos espirituais; o que parece pertencer à contemplação: cantando e louvando o Senhor em vosso coração; o que parece pertencer à oração.* Por isso o Senhor diz mediante o profeta Is 48, 9: *mas por causa do meu nome retardo a minha ira, por causa da minha honra procuro conter-me.* O louvor divino é como um freio que preserva a alma da morte do pecado. O segundo remédio é o estudo da Sagrada Escritura, conforme diz São Jerônimo na carta ao monje rústico (*Epistola 125, n. 11*): *Ama os estudos das Sagradas Escrituras e não amarás os vícios da carne.* Por isso o Apóstolo, depois de dizer a Timóteo (1 Tm 4, 12): *quanto a ti sê para os fiéis modelo na palavra, na conduta, na caridade, na fé, na pureza;* imediatamente acrescenta: *esperando a minha chegada, aplica-te à leitura.* O terceiro remédio é ter o espírito ocupado em qualquer classe de bons pensamentos: por isso diz São João Crisóstomo *Super Matthaeum*, hom. 62, n. 3: *a secção de um membro não é mais capaz de reprimir as tentações nem dar a tranqüilidade do que pôr um freio nos pensamentos;* daí que diga o Apóstolo em Fl 4, 8: *Finalmente, irmãos, ocupai-vos com tudo o que é verdadeiro, nobre, justo, puro, amável, honroso, virtuoso ou que de qualquer modo mereça louvor.* O quarto remédio consiste que o homem não esteja ocioso e faça trabalhos corporais: diz-se, pois, em Eclo 33, 29: *porque a ociosidade ensina muitos males.* O ócio é principalmente o incentivo dos vícios carnis: por isso se diz em Ez 16, 49: *Eis em que consistia a iniquidade de Sodoma, tua irmã: na voracidade com que comia o seu pão, na despreocupação tranqüila com que ela e suas filhas usufruíam os seus bens.* E por isso São Jerônimo escreveu na carta ao monje rústico (*Epistola 125, n. 37*): *Faça algum trabalho, para que o diabo te encontre sempre ocupado.* O quinto remédio contra a

cuidam viro gravi ut iurgis atque conviciis insectaretur hominem, et post irrogatam iniuriam primus veniret ad quaerimonias, vocati testes pro eo loquebantur qui contumeliam fecerat. Solus pater monasterii defensionem suam opponebat, ne abundanti tristitia frater absorberetur. Ita annus ductus est, quo expleto interrogatus adolescens super cogitationibus pristinis, respondit: Papae, vivere me non licet, et fornicari libet? Ex parte autem exteriorum rerum propositum continentiae impeditur per aspectum et frequentia colloquia mulierum et earum consortia: unde dicitur Eccli. IX, 9: propter speciem mulieris multi perierunt: et ex hoc concupiscentia quasi ignis exardescit: et postea subditur: colloquium illius quasi ignis exardescit. Et ideo contra hoc est adhibendum remedium quod ibidem dicitur: ne respicias mulierem multivolam ne forte incidas in laqueos illius: cum saltatrice ne assiduus sis, nec audias illam, ne forte pereas in efficacia illius: et Eccli. XLII, 12, dicitur: omni homini noli intendere in specie, et in medio mulierum noli commorari. De vestimentis enim procedit tineas, et a muliere iniquitas viri. Unde Hieronymus contra Vigilantium scribens dicit, quod monachus sciens imbecillitatem suam, et vas fragile quod portat, timet offendere ne impingat et corruat, atque frangatur; unde et mulierum, et maxime adolescentularum, vitat aspectum, ne eum capiat oculus meretricis, ne forma pulcherrima ad illicitos ducat amplexus. Ex quo patet quod, sicut abbas Moyses dicit in collationibus patrum, pro puritate cordis servanda, solitudo sectanda est, ac ieiuniorum inediam, vigiliis, labores corporis, nuditatem, lectionem, ceterasque virtutes debere nos suscipere noverimus; ut scilicet per illas ab universis passionibus noxiis illaesum parare cor nostrum, et conservare possimus, et ad perfectionem caritatis istis gradibus innitendo conscendere. Ob hoc igitur in religionibus sunt huiusmodi opera instituta: non quia in ipsis principaliter consistat perfectio: sed quia his quasi quibusdam instrumentis ad perfectionem pervenitur. Unde post pauca ibidem subditur: igitur ieiunia, vigiliae, meditatio Scripturarum, nuditas ac privatio omnium facultatum, non perfectio, sed perfectionis instrumenta sunt; quia non in ipsis consistit disciplinae finis, sed per illa pervenitur ad finem. Si quis autem obiiciat, quod absque ieiunio, vigiliis et huiusmodi

concupiscência da carne consiste em suportar alguns sofrimentos da alma: São Jerônimo refere-se, na referida carta (*Epistola* 125, n. 13), que em certo mosteiro, havia um adolescente que nenhum trabalho, por maior que fosse, conseguia apagar os ardores da carne, vendo-o em perigo, o Abade do mosteiro o preservou com este procedimento. Obrigou a um homem maduro a opor-se ao adolescente com discussões e acusações graves e que, depois de tê-lo injuriado, logo foi apresentar-lhe queixas. Os que fossem chamados para testemunhar deveriam falar em favor de quem provocou a acusação. Para que o irmão adolescente não ficasse arrasado pelo excesso de tristeza, só o Abade do mosteiro se lhes opunha e saía em sua defesa. Assim, passado um ano, o Abade do mosteiro perguntou ao jovem acerca dos seus antigos pensamentos, ao que ele respondeu: *Pai, não tendo o direito de viver, terei gosto em fornicar?* Da parte das coisas externas impedem o propósito da continência as conversas freqüentes com mulheres e o convívio com elas: por isso se diz em *Eclo* 9, 9: *Muitos se perderam por causa da beleza da mulher, por sua causa a concupiscência se inflama como fogo*; e, depois, acrescenta: *sua conversa é como fogo que inflama*. E por isso é preciso opor-se a isso com o remédio que ele indica ali mesmo: *não olhes para uma mulher desejada para não caíres em suas armadilhas; nem te assentes com uma dançarina, nem a escutes, para que não caias em suas conversas*: e também se diz em *Eclo* 42, 12: *Diante de quem quer que seja, não te detenhas na beleza e não te sentes com mulheres; porque das vestes sai a traça e da mulher, a malícia feminina*. Foi por isso que São Jerônimo escreveu contra Vigilância dizendo (*Contra Vigil.* N. 15-16): *o monge, consciente de sua debilidade e sabendo que é vaso frágil, anda temeroso de ofender a Deus e deste modo evita o tropeço que o faria cair e quebrar-se. Por isso evita fixar o olhar em mulheres, sobretudo nas adolescentes, evitando assim que o descubra os olhos de uma meretriz ou que a belíssima forma o incite a abraços ilícitos*. Fica claro, como diz o Abade Moisés nas *Colaões dos Padres* (João Cassiano, *Collat.* 1, c. 7) que: *para preservar a pureza do coração é preciso observar a solidão e ter consciência de que devemos acolher a escassez, numa vida de jejum, de vigília, de trabalhos corporais, de pobreza no vestir, de prática de leitura, junto com a prática das demais virtudes; de tal modo que por meio delas consigamos libertar nosso coração das paixões nocivas e conservá-lo livre, ascendendo até à perfeição, enquanto*

exercitiis potest homo perfectionem acquirere, praesertim cum de domino dicatur Matth. XI, 19: *venit filius hominis manducans et bibens*, suique discipuli non ieiunarent, quemadmodum discipuli Ioannis et Pharisei; ad hoc respondetur in Glosa quod *Ioannes vinum et siceram non bibit, quia abstinentia indiget cui nulla est potentia naturae. Deus autem, qui peccata potest condonare, cur a peccatoribus manducantibus declinaret, quos ieiunantibus poterat facere fortiores?* Discipuli ergo Christi non habebant opus ieiunio, quia praesentia sponsi illis fortitudinem dabat maiorem quam discipuli Ioannis per ieiunium haberent: unde dominus ibidem dicit: *venient dies quando auferetur ab eis sponsus, et tunc ieiunabunt*: quod exponens Chrysostomus dicit: *ieiunium triste est non naturaliter, sed his qui sunt imbecillius dispositi; his enim qui sapientiam contemplari desiderant, delectabile est; quia ergo discipuli imbecilles erant, non erat tempus tristitia introducendi quousque firmarentur: per quod monstratur quod non gulae erat quod fiebat, sed dispensationis cuiusdam*. Quod autem huiusmodi exercitia expediant ad vitanda peccata et perfectionem consequendam, apostolus expresse ostendit II ad Cor. VI, 3, dicens: *nemini dantes ullam offensionem, ut non vituperetur ministerium nostrum; sed in omnibus exhibeamus nosmet ipsos in multa patientia, in necessitatibus, in angustiis, in plagis, in carceribus, in seditiõibus, in laboribus, in vigiliis, in ieiuniis, in castitate*.

Caput 10

subimos estes degraus. Por esta razão, na vida religiosa se indicam coisas desta natureza, não porque a perfeição consista principalmente nelas, mas enquanto elas são como instrumentos, mediante os quais se chega à perfeição. Por isso, um pouco mais adiante, Moisés acrescenta: *jejuns, vigílias, meditação das Escrituras, vestido pobre e renúncia de todos os bens, não são a perfeição, mas instrumentos para a perfeição; porque o fim não consiste em apreender estas coisas, mas mediante elas chegar ao fim*. Se alguém objeta que sem jejum, vigília e sem coisas deste gênero o homem pode por seu próprio exercício alcançar a perfeição, tendo em conta, sobretudo, que o *Filho do Homem comia e bebia* (Mt 11, 19) e que seus discípulos não jejuavam, enquanto os de João e os fariseus jejuavam; a Glosa responde isso dizendo (Glosa ordinaria a Mateo 9, 14): *João não bebeu vinho nem álcool, porque quem não tem nenhum poder sobre a natureza necessita da abstinência. Mas Deus, que pode perdoar os pecados, por que não deveria comer com os pecadores, quando podia torná-los mais fortes que os que jejuavam?* Portanto, os discípulos de Cristo não tinham a necessidade de jejuar, porque a presença do esposo lhes dava maior força do que a que os discípulos de João e os fariseus podiam conseguir pelo jejum; por isso o Senhor disse nesta mesma passagem: *chegarão dias em que o esposo lhes será tirado aí então jejuarão*; sobre isso São João Crisóstomo expõe dizendo em *Super Matthaëum*, hom. 30, n. 3-4: *o jejum não causa por natureza a tristeza, mas sim naqueles que, por causa de sua debilidade, estão menos dispostos; mas a quem coloca o seu desejo na contemplação da sabedoria, o jejum lhe é prazeroso; e porque os discípulos eram fracos, não era o momento de introduzir coisas tristes antes que fossem fortalecidos; deste modo, fica esclarecido que aquilo não decorria da gula, mas de um desígnio de sua providência*. A conveniência de tudo isso para evitar os pecados e alcançar a perfeição expõe claramente o Apóstolo em 2 Cor 6, 3 ao dizer: *Evitamos dar qualquer motivo de escândalo, a fim de que o nosso ministério não seja sujeito a censura; ao contrário, em tudo recomendamos-nos como ministros de Deus, por grande perseverança nas tribulações, nas necessidades, nas angústias, nos açoites, nas prisões, nas desordens, nas fadigas, nas vigílias, nos jejuns, na castidade*.

Capítulo 10

De tertia perfectionis via quae est per abrenuntiationem propriae voluntatis.

Non solum autem necessarium est ad perfectionem caritatis consequendam, quod homo exteriora abiciat, sed etiam quodammodo se ipsum derelinquat. Dicit enim Dionysius, 4 cap. de divinis nominibus, quod *divinus amor est extasim faciens, id est hominem extra se ipsum ponens, non sinens hominem sui ipsius esse, sed eius quod amatur*: cuius rei exemplum in se ipso demonstravit apostolus dicens ad Gal. II, 20: *vivo ego, iam non ego, vivit vero in me Christus*, quasi suam vitam non suam aestimans, sed Christi: quia quod proprium sibi erat contemnens, totus Christo inhaerebat. Hoc etiam in quibusdam esse completum ostendit, cum dicit ad Col. III, 3: *mortui estis, et vita vestra abscondita est cum Christo in Deo*. Exhortatur etiam alios ut ad hoc perveniant, cum dicit II ad Cor. V, 15. *Pro omnibus mortuus est Christus: ut et qui vivunt, iam non sibi vivant, sed ei qui pro ipsis mortuus est*. Et ideo, ut habetur Luc. XIV, 26, postquam dixerat: *si quis venit ad me et non odit patrem suum et matrem et uxorem et filios et fratres et sorores: tanquam aliquid maius addens subdit: adhuc autem et animam suam; non potest meus esse discipulus*. Hoc etiam idem dominus docet Matth. XVI 24 dicens: *si quis vult post me venire, abneget semet ipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me*. Huius autem salubris abnegationis et caritativi odii observatio partim quidem necessaria est ad salutem et omnibus qui salvantur communis; partim autem ad perfectionis pertinet complementum. Ut enim ex supraposita Dionysii auctoritate apparet, de ratione divini amoris est ut amans non sui ipsius remaneat, sed amati. Secundum ergo divini amoris gradum necesse est et odium et abnegationem praedictam distinguere. Est autem necessarium ad salutem ut homo sic Deum diligat ut in eo finem suae intentionis ponat, nihilque admittat quod contrarium divinae dilectioni existat; et ideo consequenter et odium et abnegatio sui ipsius est de necessitate salutis, cum, ut Gregorius dicit in omelia, *vitamus quod per vetustatem fuimus, et ad hoc nitimur quod per novitatem vocamur; et sic nosmet ipsos relinquimus et abnegamus*. Et sicut in alia omelia dicit: *tunc bene animam nostram odimus, cum eius carnalibus desideriis non acquiescimus, cum eius appetitum*

A terceira via de perfeição consiste na renúncia da própria vontade.

Para alcançar a perfeição da caridade não é necessário apenas que o homem renuncie aos bens exteriores, mas também, de algum modo, a si mesmo. Com efeito, diz Pseudo-Dionísio em *De divinis nominibus*, c. 14, § 13: *O amor divino produz êxtase, isto é, coloca o homem fora de si mesmo; não permite ao homem ser de si mesmo, mas daquele que se ama*. Dá-nos um exemplo disso o Apóstolo quando diz em Gl 2, 20: *Já não sou eu que vivo, mas é Cristo que vive em mim*; como se não considerasse sua vida como sua, mas de Cristo, pois depreciando tudo o que ele mesmo era, entregava-se totalmente a Cristo. O Apóstolo ensina que isto também ocorre com alguns outros quando diz em Cl 3, 3: *morrestes e a vossa vida está escondida com Cristo em Deus*. Ele exorta outros para que alcancem isto ao dizer em 2 Cor 5, 15: *Ora, Ele morreu por todos a fim de que aqueles que vivem não vivam mais para si, mas para aquele que morreu e ressuscitou por eles*. Por esta razão, o Senhor depois de ter dito em Lc 14, 26: *se alguém vem a mim e não odeia seu próprio pai e mãe, mulher, filhos, irmãos e irmãs*, como que indicando uma exigência maior, acrescenta, *até a própria vida, não pode ser meu discípulo*. O Senhor também ensina o mesmo quando diz em Mt 16, 24: *Se alguém quer vir após mim, negue-se a si mesmo, tome a sua cruz e siga-me*. Esta salutar abnegação e a observância do ódio caritativo é, por um lado, necessária para a salvação e comum a todos os que se salvam e, por outro, pertencente à plena perfeição. Como se pode considerar pelas palavras antes ditas pela autoridade de Pseudo-Dionísio, que é da natureza do amor divino que quem ama não pertença a si mesmo, mas ao amado. Portanto, segundo os graus de amor a Deus necessariamente se estabelece os graus de distinção de ódio e abnegação de si mesmo. É necessário para a salvação que o homem ame a Deus de tal modo que o fim de sua intenção seja posto n'Ele e que não admita mais nada que seja contrário ao amor a Deus; por este motivo, também é necessário para a salvação o ódio e a abnegação de si mesmo, como diz São Gregório em uma homilia em *Super Evangelium*, hom. 32, n. 2: *evitemos o que fomos quando vivíamos no homem velho e nos esforcemos para alcançarmos a novidade que nos dá nome. Desta maneira, nos desvencilhamos de nós mesmos e nos abnegamos*. E também diz em outra homilia em *Super Evangelium*, hom. 37, n. 2: *então odiamos com retidão a nossa alma quando*

frangimus et eius voluptatibus reluctamur. Ad perfectionem vero pertinet ut homo propter intentionem divini amoris etiam ea abiiciat quibus licite uti posset, ut per hoc liberius Deo vacet. Secundum hunc ergo modum etiam consequens est ut et odium et abnegatio sui ipsius ad perfectionem pertineat. Unde ex ipso modo loquendi apparet haec a domino proposita esse quasi ad perfectionem pertineant. Sicut enim dicit Matth. XIX, 21: *si vis perfectus esse, vade et vende omnia quae habes*, non necessitatem imponens, sed voluntati relinquens: ita dicit: *si quis vult post me venire, abneget semet ipsum.* Quod Chrysostomus exponens dicit: *non coactivum facit sermonem: non enim dicit: si vos volueritis et non volueritis, oportet hoc vos pati.* Similiter cum dixisset: *si quis venit ad me, et non odit patrem suum* etc. postmodum subdit: *quis enim ex vobis volens aedificare turrem, (non) computat sumptus qui necessarii sunt, si habeat ad perficiendum?* Quod exponens Gregorius in Homil. dicit: *quia sublimia praecepta data sunt, protinus comparatio aedificandae sublimitatis adiungitur;* et post pauca dicit: *istos sumptus dives ille habere non potuit qui, cum praecepta relinquendi omnia audisset, tristis abscessit.* Ex quibus patet hoc ad perfectionis consilium secundum aliquem modum pertinere. Hoc autem consilium perfectissime martyres impleverunt: de quibus Augustinus dicit in sermone de martyribus quod *nulli tantum impendunt, quantum qui se ipsos impendunt.* Martyres ergo sunt qui vitam praesentem propter Christum quodammodo odio habuerunt, abnegantes se ipsos: quia, ut Chrysostomus dicit super Matth., *qui negat alium, vel fratrem, vel famulum, vel quemcumque, etsi flagellatum viderit et quaecumque patientem, non assistit, non adiuvat; ita vult corpori nostro nos non ignoscere; ut etsi flagellaverint, vel quodcumque aliud fecerint, corpori non parcamus.* Et ne aestimes quod usque ad verba tantum et contumelias oportet abnegare se ipsum; ostendit quod oportet abnegare se ipsum usque ad mortem etiam turpissimam, scilicet crucis; unde sequitur: *et tollat crucem suam.* Hoc autem perfectissimum ideo diximus, quia martyres illud propter Deum contemnunt, scilicet propriam vitam, propter quam omnia temporalia quaeruntur; et cuius conservatio, etiam cum omnium aliorum amissione, omnibus aliis praefertur. Magis enim homo

não damos consentimentos aos seus desejos carnaís, quando rompemos seus apetites e resistimos à sua concupiscência. Para a perfeição requer-se, de fato, que o homem, por sua intenção de amar a Deus, também se abnegue daquelas coisas que poderia usar licitamente, para poder entregar-se a Deus com maior liberdade. Segue-se disso que para a perfeição requer-se o ódio e a abnegação de si mesmo. Por esta razão, pelo modo como o Senhor se expressa, fica claro que isto convém para se alcançar a perfeição. Tal como o Senhor diz em Mt 19, 21: *Se queres ser perfeito, vai, vende o que possuis*, não impondo obrigação, mas um abandono voluntário, assim dizendo, *Se alguém quer vir após mim, negue-se a si mesmo* (Mt 16, 24). Isto São João Crisóstomo explica dizendo em *Super Matthaeum*, hom. 55, n. 1: *Não aplica uma linguagem de obrigação; Ele não disse: quereis ou não quereis, tereis de sofrer isso.* Diz também, de modo semelhante, logo após: *se alguém vem a mim e não odeia seu próprio pai e mãe, mulher, filhos, irmãos e irmãs* (Lc 14, 26-28) e ainda acrescenta: *Quem de vós, com efeito, querendo construir uma torre, primeiro não se senta para calcular as despesas e ponderar se tem com que terminar?* São Gregório expõe isto dizendo em uma homilia *Super Evangelium*, hom. 37, n. 6: *Uma vez dado os preceitos mais sublimes, propõe-se uma comparação com uma edificação sublime*, e um pouco mais adiante diz: *estes recursos não pôde ter aquele rico, pois quando ouviu o preceito de deixar tudo, marchou-se entristecido.* Evidencia-se que estas coisas pertencem, de algum modo, ao conselho para alcançar a perfeição. Cumpriram perfeitamente este conselho os Mártires, acerca dos quais Santo Agostinho diz num sermão (*Sermo* 31, c. 1, n. 2) que *ninguém entrega tanto como quem faz a entrega de si mesmo.* São, portanto, os Mártires que por amor a Cristo, de certa maneira, odeiam a vida presente e abnegam a vida presente, negando-a a si mesmos. Tal como diz São João Crisóstomo em *Super Matthaeum*, hom. 55, n. 1: *como se alguém nega o outro, um irmão, um servo, a quem quer que seja e, ainda que o veja açoitado ou sofrendo qualquer outra coisa, não lhe dá assistência nem o ajuda; de igual modo, quer que não tenhamos consideração com o nosso próprio corpo que sofre flagelação ou qualquer outra coisa, que não nos rendamos ao corpo.* E para que não estimes que a abnegação de si mesmo seja completa apenas em aguentar ultrajes, ele mostra que *é necessário negar-se até à morte mais injuriosa, ou seja, a morte de cruz.* Por isso,

vult et divitias perdere et amicos, adhuc autem corporis infirmitati succumbere, et in servitutem redigi, quam vita privari; unde hoc beneficium victis a victoribus praestatur, ut vitae parcentes conservent servituti subiectos. Unde Satan ad dominum dixit, ut legitur Iob II 4: *pellem pro pelle, et cuncta quae habet homo, dabit pro anima sua*, idest pro corporali vita servanda. Inter alia vero quanto aliquid magis naturaliter amatur, tanto perfectius contemnitur propter Christum. Nihil autem est homini amabilius libertate propriae voluntatis. Per hanc enim homo est et aliorum dominus, per hanc aliis uti vel frui potest, per hanc etiam suis actibus dominatur. Unde, sicut homo dimittens divitias, vel personas coniunctas, eas abnegat; ita deserens propriae voluntatis arbitrium, per quod ipse sui dominus est, se ipsum abnegare invenitur. Nihilque est quod homo naturali affectu magis refugiat quam servitutem: unde et nihil posset homo pro alio amplius impendere post hoc quod se ipsum in mortem pro eo traderet, quam quod se servituti eius subiugaret: unde, ut dicitur Tob. IX, 2, Tobias iunior dixit ad Angelum: *si me ipsum tradam tibi servum, non ero condignus providentiae tuae*. Huius autem voluntatis libertatem aliqui sibi propter Deum particulariter adimunt, dum quodcumque particulare votum emittunt de quocumque faciendo vel non faciendo. Per votum enim necessitas quaedam voventi imponitur, ut id de cetero non liceat quod prius licebat; sed quadam necessitate constringitur ad reddendum quod vovit: unde in Psal. LXV, 15, dicitur: *reddam tibi vota mea, quae distinxerunt labia mea*; et Eccl. V 3 dicitur: *si quid vovisti Deo, ne moreris reddere: displicet enim ei infidelis et stulta promissio*. Aliqui vero libertati propriae voluntatis totaliter abrenuntiant, se propter Deum aliis subiicientes per obedientiae votum. Cuius quidem obedientiae exemplum praecipuum in Christo habemus, de quo apostolus dicit Rom. V, 19: *sicut per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi, ita et per unius hominis obedientiam iusti constituentur multi*. Quam quidem obedientiam apostolus manifestat ad Philipp. II, 8, dicens: *humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem*. Haec autem obedientia in abrenuntiatione propriae voluntatis consistit: unde ipse dicebat Matth. XXVI 39: *mi pater, si possibile est, transeat a me calix iste; verumtamen non sicut ego*

na seguência diz: *Tome a sua cruz*. Dissemos que isso é o mais perfeito porque os Mártires por causa do amor a Deus se desprenderam de tudo, de todas as coisas temporais, inclusive da própria vida, cuja conservação é preferida a todas as outras, ainda que implique na perda de tudo demais. O homem mais do que ser privado da vida, prefere perder as riquezas e os amigos, aceitando antes suportar a doença do corpo e mesmo sujeitando-se à servidão do que perder a vida; por isso, os vencedores concedem aos vencidos o benefício de que seus parentes conservem a vida, submetidos à servidão. Por isso Satanás disse ao Senhor Deus como se lê em Jó 2, 4: *Pele após pele! Para salvar a vida, o homem dá tudo o que possui*, ou seja, para conservar a vida do corpo. Com respeito às outras coisas, quanto mais naturalmente se ama a Cristo, tanto mais se desprende das coisas por este amor. Ora, no homem não há algo mais amado do que a própria liberdade da vontade. Com efeito, pela liberdade o homem é homem e senhor das demais realidades, pois por meio dela usa ou desfruta as demais coisas e mediante ela também tem o domínio sobre os seus atos. Deste modo, assim como o homem abandonando as riquezas ou as pessoas próximas, abnega-as, assim também, quem abnega a liberdade da própria vontade, pela qual é senhor de si mesmo, abnega-se a si mesmo. Nada repugna mais naturalmente ao afeto humano que a servidão; por isso, não há nada maior que o homem possa fazer depois de ser capaz de entregar-se à morte pelo bem do próximo, do que se submeter à sua servidão; que foi o que o jovem Tobias disse ao anjo em Tb 9, 2: *ainda que me entregue a ti como servo, não serei digno do que me fazes*. Há, porém, aqueles que limitam algo desta liberdade da vontade por causa do amor a Deus, fazendo individualmente um voto específico de fazer ou não fazer uma determinada coisa. Pelo voto impõe-se a quem o faz uma certa necessidade, pois, depois de fazê-lo não lhe será permitido fazer algo que antes lhe era permitido e se encontra obrigado, por uma certa necessidade, de fazer o que prometeu. Por isso se diz no Sl 65 13: *cumpro os meus votos feitos a ti, os votos que meus lábios pronunciaram*; e se diz também em Eccl 5, 3: *Se fazes uma promessa a Deus, não tardes em cumpri-la, porque Deus não gosta dos insensatos. Cumpre o que prometeste*. Alguns renunciam totalmente à própria liberdade da vontade, submetendo-a a outros, por amor a Deus, mediante o voto de obediência. O principal exemplo de obediência temos em Cristo, acerca do qual o Apóstolo diz em Rm



volo, sed sicut tu vis; et Ioan. VI, 38, dicit: descendi de caelo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me. In quo nobis dedit exemplum, ut sicut ipse suam voluntatem humanam abnegabat supponendo eam divinae, ita et nos nostram voluntatem Deo totaliter supponamus, et hominibus qui nobis praeponuntur tanquam Dei ministri. Unde apostolus dicit ad Hebr. ult.: obedite praepositis vestris, et subiaccete eis.

5, 19: De modo que, como pela desobediência de um só homem, todos se tornaram pecadores, assim, pela obediência de um só, todos se tornarão justos. Com efeito, a proposta de cumprimento desta obediência o Apóstolo manifesta quando diz em Fl 2, 8: abaixou-se, tornando-se obediente até a morte, à morte sobre uma cruz. Esta obediência consiste na abnegação da própria vontade; por isso o Senhor mesmo diz em Mt 26, 39: Meu Pai, se é possível, que passe de mim este cálice; contudo, não seja como eu quero, mas como tu queres; e também diz em Jo 6, 38: pois desci do céu não para fazer a minha vontade, mas a vontade daquele que me enviou. Com o qual nos deu o exemplo, para que, assim como ele mesmo negou a sua própria vontade humana, submetendo-a à divina, assim, também, nós submetamos a nossa própria vontade totalmente a Deus e aos homens que nos presidem como ministros de Deus. Por isso o Apóstolo diz em Hb 13, 17: Obedecei aos vossos dirigentes e sede-lhes dóceis.